9

enim de aegypto eduxi eam interfectis
parentibus filii eorũ terram repromis
sionis ingressi sunt. Nunc autem forni
cariae matris. liberi peribunt cum ma
tre mer&rice. qm̃ filii fornicationis
sunt. & mali ex malis geniti. quibus
in euangelio dicitur. generatio uipera
rum. quae in tantam uenit impuden
tiam. ut audir& per hieremiam. facies
mer&ricis facta est tibi. impudorata
estu. Ac non est hoc durae frontis & me
retriciae impudentiae. ut in suo sce
lere glorietur & dicat. sequar amato
res meos. uadam ad idola. quae mihi
& aduictum & aduestitum necessaria
tribuerunt. Omnia quae proph&icus
sermo describit spiritaliter ad n̄o accipe
re iudaei. & quia d̄i filium negauerunt.
elegantes sibi barabban latrocinii. &
seditionis auctorem. & crucifigentes
filium d̄i. propterea usque hodie secunt̄
daemonas. & d̄i beneficia ad illos refe
runt. qui cultorum suorum animas per
diderunt. Panes & aquas habent & he
r&ici. quorum panis. panis est luctus.
& aquae eorum caenosae quae suffo
cant & interficiunt baptizatos. habent
& lanam de scabidis ouibus. & linum in
nigridine perseuerans. Oleumque.
de quo proph&a dicit. oleum peccato
ris non inpingu& caput meum. & potũ

aquarum aegypti. ut bibas aquam geon.
& quid tibi & uiae assyriorum. ut bibas
aquas fluminum. breuiter cuncta per
currimus. ut ad reliqua transeamus.
÷ Propter hoc ecce ego saepiam uiam tuã
÷ spinis. & saepiam eam maceria. & semitas
÷ suas non inueni&. & sequetur amatores
÷ suos & non adprehend& eos. & quaer&
÷ eos & non inueni&. & dic&. uadam & re
÷ uertar aduirum meum priorem. quia
÷ bene mihi erat tunc magis quam nunc.
÷ Lxx. Propterea ecce saepiam uiam eius
÷ in sudibus. & obstruam uias illius. & semi
÷ tam suam non inueni&. & persequatur
÷ amatores suos. & non apprehend& illos. &
÷ quaer& eos & non inueni&. & dic&. uadã
÷ & reuertar aduirũ meũ priorem. quia me
÷ lius mihi erat tunc quam nunc est. Dixerat
meretrix. Uadam post amatores meos.
qui omniũ rerum mihi abundantiam prae
buerunt. Respondit d̄ns. ego saepiam uiam
tuam spinis siue sudibus. ne possis ire quo
desideras. & interponam maceriam siue
murum. & semitas tuas quas crebro triue
ras pede non inuenies. ne adprehendas eos.
quos tanto studio sequebaris. & rerum
necessitate conpulsa reuertaris aduirũ
tuum. & dicas illud de euangelio. quanti
mercennarii patris mei abundant panibus.
ego autem hic fame pereo. surgam & ibo
ad patrem meum. & dicam illi. Pater.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0023